

fortuitis numeris, sed vna simplici, ad Cortinam, & Collum proportionem semper accrescit.

v. *Ala secunda non est tanta amplitudinis*, quantam habent tabulæ Batauicæ, nisi primum in Polygono XVI. latt. Sed id prouenit, quòd Ala prima his numeris est paulò porrectior, ex qua facies longè rectori, certiorique ictu defenditur. Quòd si vtraque Ala componatur, *summa non longè abest*. Fit enim in

	A	B		A	B
V	166	173	XI	253	260
VI	178	185	XII	265	272
VII	179	189	XIII	276	281
VIII	186	200	XIV	285	289
IX	210	222	XV	293	295
X	234	244	XVI	299	300

VI. *Numeri sunt facillimi*, & qui memoriæ excidere non possunt, videlicet 4. 5. 6. nam si semi-Polygonam diuidas in partes 11. & 6. ex ijs des semi-Cortinæ 5. reliquas Collo. 4 autem Alæ, & eius duplum Capitali, iam est confectum Munitionis vestigium, in quo designando tam operosè laborant.

VII. Eadem hæc ratio *Munitionibus* etiam *Irregularibus sufficit*, quarum tamen latera sunt æqualia, si tantùm memineris, Angulum

N 2

figura-